

## POST LAETARE

SIG

Iudicium uiuorum & mortuorum pater ipse uenturus est, nec tamen recedit a filio pater. Quomodo ergo non ipse uenturus est? Quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex quae sterit sub iudice: illa iudicabit, quae iudicata est. Iudicata est enim inique, iudicabit iuste. Tales apparebit iudex, qualis uideri possit a quibus coronatus est. Distinctio est inter illud uerbum, quod superius dixit, quod mortui audient vocem filij dei: & inter illud, quod hic ait: Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei. Ibi vero ait, audient, id est, obedi ent, ideo ista resurrectio est ad uitam: illa vero qua futura est, de qua dicit, audiet vocem filii dei, id est, audient ut resurgent ad iudicium. Non addidit hic, ad uitam: quia omnes ad gloriam non resurgent, sed multi ad penam. Ideo addidit de futura resurrectio ne. Qui bene fecerunt, in resurrectione vitæ, quimale egerunt, in resurrectionem iudicij. id est, damnationis, quia hic iudicium pro pena posuit. Tunc erit ultima palea, ut separet bonos a malis, tricuum a paleis. Tunc ibunt impij in ignem æternum, iusti autem in uitam æternam.

## FERIA SEXTA

post Laetare. Iohannis XI.

In illo tempore Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ & Martha sororum eius. Et reliqua.

kk ij



**P**lerimō uero in hoc miraculo resuscitatio  
nis Lazari, q̄a mani-  
festa sunt, expositione in  
singulis nō indigemus. In  
superiore lectiōe manife-  
stat euangelista, quod dñs  
exist de manib⁹ eorū q̄a la-  
pidare eū uoluerāt, & abi-  
it trans Iordanem, ubi Io-  
hannes baptizabat. Ibi er-  
go domino constituto, in  
firmabatur in Berhania Lazarus, qđ castellum erat  
proximū Hierosolymis. [ Maria autē erat q̄ unxit do-  
minū unguēto, & extersit pedes eius capillis suis, cu-  
ius frater Lazarus infirmabat. Miserū ergo sorores  
ei⁹ dicētes: ] Iā intelligim⁹ qđ miserū ubi erat dñs, qm̄  
absens, trans Iordanem scilicet, miserunt ad dñm, nū  
ciantes quod ægrotaret frater eārū, ut si dignaret, ue-  
niret ut eum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sa-  
nare, ut posset resuscitare. Quid ergo annunciarū  
sorores eius? **D**omine, ecce quē amas infor-  
matur. Non dixerūt, **V**eni, amanti enim tantummodo  
nunciatum fuit: nō ausa sunt dicere, **V**eni & sana: nō  
sunt ausa dicere, ibi iube, & hic fieri. Curem⁹ non istæ  
laudant, si fides illi⁹ cēturonis inde laudat, qđ ait: Nō  
sum dign⁹ ut intres sub tectū meū, sed tñ dic uerbo,  
& sanabit puer meus. **N**ihil horū iste, sed tantummo-  
do: [**D**ñe, ecce quē amas infor-  
matur.] Sufficit ut no-  
ueris, non em⁹ amas & deseris. Dicit aliquis, quomo-  
do per Lazarum peccator significabatur, et à dño sic  
amabatur. **A**udiāt eum dicentem: **N**on ueni uocare

## POST LAETARE

517

justos, sed peccatores: quod nequaquam diceret, si peccatores conuersos non amaret. [ Audiens autem Iesus, dixit illis: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. ] Taliis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit. Hoc ergo ait, [ non est ad mortem, ] quia ipsa mors non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto, crederet hoies in Christum, & uitarent ueram mortem. Nam sunt haeretici qui hoc negant, quod filius deus est, ecce audiant, [ Infirmitas ergo haec, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria dei. ] Quia gloria: Cuius dei? Audi quod sequitur, Ut glorificetur filius dei per eam. Per quam? Per illam infirmitatem. Diligebat autem Jesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum. Ille languens, illae tristes, oes electi: sed diligebat & languentium salvator, imo etiam mortuorum suscitor, & tristium consolator. Ue ergo audiuit quod infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Nuncque auerunt illae, mansit illic ille. Tandiu ductum est tempus, quo usque quatriiduum completeretur: non frustra, quia forte, imo quia certe & ipse numerus dierum imaginat aliquod sacramentum. Deinde post haec dicit discipulis suis: Eamus in Iudeam itez. Vbi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde dictus sive uidebatur, ne lapidaretur. Discessit enim ut homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem ostendit potestatem. [ Eamus (inquit) in Iudeam. ] Deinde hoc dicto, uidete quemadmodum discipuli territi fuerint. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc que rebantte Iudeam lapidare, & iterum vadis illic? Respondebat Jesus: Nonne duo decim sive

horæ diei? Quid sibi uult ista responsio? Illi dixerūt,  
 [ Modo te uolebant Iudei lapidare, & iterū uadis il-  
 luc, ut te lapident. ] Et dñs: [ Nōne duodecim horæ  
 sunt diei? Si q̄s ambulauerit in die, nō offendit, q̄a lu-  
 cem huius mūdi uidet. Si aut̄ ambulauerit in nocte,  
 offendit, q̄a lux nō est in eo. ] De die qđem locutus  
 est, sed ad nr̄am intelligētiā, quasi adhuc nox est, in-  
 uocemus diē, ut repellat noctem, & cor lumine illu-  
 stret. Quid em̄ dñs dicere uoluit? Quātū mihi uide,  
 quantū subiacet altitudo, p̄funditasq̄ sententia, re-  
 darguere uoluit dubitationē illorū & infidelitatem.  
 Voluerunt em̄ dare dñō consilium ne moreretur, que-  
 nerat mori, ne ipsi morerent. Sic etiā quodā alio lo-  
 co sc̄tūs Petrus diligens dñm, sed adhuc nō plene in-  
 telligēs cur uenisset, timuit ne moreret. Et uitæ dis-  
 plicuit, i. ipsi dñō. Cū ergo uellent dare cōsilium hoies  
 deo, discipuli magistro, serui dñō, ægroti medico, cor-  
 ripuit eos & ait: [ Nōne duodecim sunt horæ diei? Si  
 q̄s ambulauerit in die, nō offendit. ] Me sequimini, si  
 nō uultis offendere. Nolite mihi cōsilium dare, q̄s à  
 me consilium oportet accipere. Quo ergo ptinet, Nō-  
 ne duodecim horæ sunt diei? Quia ut diē se esse ostē-  
 deret, duodecim discipulos elegit. Siego sum (inqi)  
 dies, & uos horæ, nunquid horæ diei consilium dā? Horæ diem sequuntur, nō horas dies. Si ergo illi ho-  
 ræ, qđ ibi Iudas, & ipse inter duodecim horas? Si ho-  
 ræ erat, lucebat. si lucebat, quomodo diē ad mortem  
 trahebat? Sed dominus in hoc uerbo, non ipsum Iu-  
 dam, sed successorem ipsius præuidebat. Iuda em̄ ca-  
 dente, successit Matthias, & duodenarius manfir. Nō  
 em̄ frustra duodecim discipulos elegit, nisi quia ipse  
 spiritualis est dies. Sequuntur ergo horæ diem, prædi-

cent horæ diem. Horæ illustrētur à die, horæ illuminentur à die. Per horas prædicationem, credit manus diem. Ergo ait de compendio: Me sequimini, si non vultis errare. Et post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed rado ut also-mno ercite eum. Verum dixit, sororibus mortuus erat, dñs dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Nam dñs tanta facilita resuscitabat de sepulchro, quanta tu nō excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potestiam suā dixit dormientem, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis sāpe dormientes, sicut Apostolus dicit: De dormientibus aut̄ nolo uos ignorare fratres, ut nō contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Ideo & ipse dormientes appellavit, quia resurrecturos pronunciavit. Et in alio loco: Omnes quidē dormiemus, sed non omnes resurgentem, mortem nostram dormitionis nomine significans. Nam corpus dum deseatur ab anima, dormit in sepulchro usq; ad resuscitationē in nouissimo die. Anima uero dū deseruit corpora, diuersas receptiones habet. Gaudiū bona, maledicta tormenta. Sed cū facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudiū amplius erit, & malorum tormenta grauiora, q; cum corpore torquebunt. Dum dñs de dormientib; amici dixerat, discipuli responderunt, quō intellexerūt: Domine, si dormit, saluus erit. Solēt enim somnia esse agrotati interit uel salutis indicia. ] Dixerat aut̄ Iesus de morre eius, illi aut̄ purauerunt q; de dormitione somni diceret. Tūc ergo dixit eis Iesus manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo, ppter uos ut credatis, q; nō erā ibi. ] Aeger enim, nō mortu⁹ fuerat

nunciatus, sed ut lateret qui creauerat, & ad cuius m  
nus anima morientis exierat. Hoc est, quod ait, Egau  
deo propter uos ut credatis, quia non ibi erat. Iut iam  
inciperent admirari, quia dominus potuit dicere mortuum,  
quod nec uiderat, nec audierat. Vbi sane meminisse  
debemus, quod adhuc etiam ipsorum discipulorum, qui in  
eum iam crediderat, miraculis adificabatur fides: non  
ut esse inciperet, sed ut ea quae iam esse cooperat, cre-  
siceret: quauis tali uerbo usus sit, quod tunc credere in-  
ciperent. Non enim ait, gaudeo propter uos, ut uestra  
fides augeatur, siue firmetur, sed ut credatis, quod in-  
telligendum est, ut amplius robustiusque credatis. Sed  
eamus ad eum. Dicit ergo Thomas, qui di-  
citur Didimus, ad cōdiscipulos: Eamus et  
nos, ut moriamur cū eo. Venit itaq[ue] Jesus,  
et inuenit eum quatuor dies iā in monumēto  
habentem. De quatuor diebus multa quidem dici  
possunt, sicut se habent obscura scripturae, que nō di-  
uersitate intelligentium multos sensus parvūt. Dica-  
mus & nos, quid nobis uideaī significare mortuus  
quadridianus. Quomodo enim in illo cæco intelligi-  
mus quodāmodo humanū genus, sic forte & in isto  
mortuo multis intellecturi sumus. Diuersis enim mo-  
dis una res significari potest. Homo q[uod] nascitur, iam  
cum morte nascitur, q[uod] de Adam p[ro]ctū trahit. Vnde  
dicit Apostolus: Per unū hoīem peccatum intravit  
in mundū, & per peccatum mors: & ita in oīes hoīes  
pertransit, in quo oīes peccauerunt. Ecce habes unū  
diem mortis, quod hō trahit de morte propaginem.  
Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos,  
ut legem sapiat naturalem, quā omnes habent in cor-  
de fixam, Quod tibi fieri nō uis, alteri ne feceris. Nun-

quid hoc de paganis dicitur, & nō in natura ipsa quo  
dimodo legitur? Furtū facere uis pati utiqz nō uis.  
Ecce lex in corde tuo. Quod nō uis pati, facere noli.  
Ethanc legem transgrediuntur homines. Ecce alter  
dies mortis. Data est etiam lex diuinitus p famulum  
dei Moysen. Dicatum est illuc: Non occides, non mce- *Exodi. 21.*  
chaberis, non falsum testimonium dices, Honora pa-  
rem tuum & matrem, nō concupisces rem proximi  
uii. Ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur, & ad ter-  
rium diē mortis q restat, uenitur. Et euangelij predi-  
catur, regnū cælorum dissimilatur ubiqz, Christus mi-  
natur gehennā, uitam pmitit æternā. Et ipsum con-  
temnitur, transgrediuntur hoies euangelium. Ecce  
quartus dies mortis. Merito iā putet. Nungd de tali  
bus neganda est misericordia. Absit! Etiam ad tales  
excitandos nō designatur accedere. *Dulciautē*  
*ex Iudeis venerat ad Martham et Mariam.*  
*vt cōsolarentur eas de fratre suo. Martha*  
ergo vt audiuit quia Jesus venit, occurrit  
illi. Maria autē domi sedebat. dixit ergo Martha ad  
Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mor-  
tus. Sed & nunc scio, qā quæcūqz poposceris à deo,  
dabit tibi deus. ] Nō dixit, sed & rogo te mō ut susci-  
tes fratrem meū. Hoc tñm dixit, scio quia potes si uis,  
utrum autē facias, iudicij tui est, non præsumptionis  
mea. *Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus.*  
Dicit ei Martha: Scio qā resurget in nouissimo die. ]  
De illa resurrectione secura sum, de hac incerta sum.  
*Dicit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita.*  
Dicis, resurget frater tuus in nouissimo die. uera est,  
sed p quē tunc resurget, potest & mō resurgere: quia  
ego sum resurrectio & uita. Ideo uira, qā resurrectio.

Quia si credit in me, non morietur in æternum. Quid  
 est hoc? **Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet;** sicut Lazarus mortuus est & uiuet. Quia  
 non est deus mortuorum, sed uiuorum. De olim mor-  
 tuis patribus, hoc est, de Abraam, Isaac, Iacob, tale re-  
 sponsum Iudeus dedit: **Ego sum deus Abraam & de-**  
**us Isaac & deus Iacob.** Non est deus mortuorum, sed ui-  
 uorum. Omnes enim illi uiuunt. Crede ergo, & si mor-  
 tuis fueris, uiues: si autem non credis, & cū uiuis mor-  
 tuis es. **Vñ est ergo mors in anima!** Quia non est fi-  
 des in ea. **Vnde est in corpore?** Quia non est ibi ani-  
 ma. Ergo animæ tuae uita, fides est. Sicut anima cor-  
 poris, uita est corporis: ita fides animæ, uita est anime.  
**Qui credit in me, inquit, etiam si mortuus fuerit in carne,** uiuet in anima, donec resurgat caro nū  
 quam postea moritura. Hoc est, qui credit in me, li-  
 cet moriatur, uiuet. [ **Et omnis q[uod] uiuit in carne,** [ &  
 credit in me, ] & si morietur ad tempus propter mor-  
 tem carnis, [ non morietur in æternum ] propter ui-  
 tam spiritus, & immortalitatem resurrectionis. Hoc  
 est quod ait: [ **Et omnis qui uiuit & credit in me, nō**  
 morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: **Vix domi-**  
**ne.** Ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in  
 hunc mundum uenisti. ] Quando hoc credidi quia tu  
 es resurrectio, credidi quia tu es uita, credidi quia q[uod]  
 credit in te, et si moriatur, uiuet. Et qui uiuit & cre-  
 dit in te, non morietur in æternum. **Et cum hec di-**  
 xisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam  
**Silentio.** dicens: **Dmagister adest, et vocat te.**  
 Aduertendum est, quemadmodum suppressam uo-  
 cem silentium nuncupauit. Nam quō siluit, quæ di-  
 xit, [ **Magister adest, & uocat te..** ] Aduertendū etiā,

## ¶ POST LAETARE

513

quemadmodum euāgelistā non dixerit, ubi uel quādo, uel quō Mariam dñs uocauerit, ut hoc in uerbis Martha potius intelligeretur, narratiōis ueritate seruata. Illa ut audivit, surrexit cito et venit ad eum. Nondum enim venerat Jesus in castello, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur, qui erant cum illa in domo, & cōso labantur eam, cum uidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicētes: quia uenit ad monūmentū, ut ploret ibi? Quare hoc pertinuit ad euāgelistam narrare? Ut uideamus quā occasio fecerit, ut plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est. Putabant enim Iudæi propterea illam festinare, ut doloris sui solatiū lachrymās quereret. Secuti sunt eam, ut tam grande miraculū quattriduani mortui resurgentis testes plurimos inueniret. Maria ergo cum uenisset ybierat Jesus, vidēs eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Jesus ergo ut uidit eā plorantem, & Iudæos qui cum illa erant plorantes, tremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuisti eum? Aliiquid nobis insinuauit fremēdo spiritu, & turbando seipsum. Quis enim cum posset, nisi ipse seipsum, turbare? Itaq; primo hic attendite potestatē, & sic inquirite significationē. Turbaris tu nō lens, turbatur Christus, quia uoluit. Cōtristatus est Iesus, uerū est, sed q̄a uoluit. Esuriuit Iesus, uerū est, sed quia uoluit. Dormiuit Iesus, uerū est, sed quia uoluit. Mortuus est Iesus, uerū est, sed q̄a uoluit. In illius potestate erat, uel sic affici, uel non affici. Verā em̄ aiam suscepit & carnē, totius hominis sibi coaptā in gōnōne unitate naturam. Nam & anima Apostoli uerbo

illustrata est, anima Petri & anima Pauli uerbo illustrata est, alioꝝ apostolοꝝ, sanctorum prophetarū animaꝝ uerbo illustratae sunt, sed de nulla dictum est, **V**erbum caro factum est: de nulla dictum est, Ego et pater unum sumus. **A**nima Christi, & caro Christi, cū uerbo dei una persona est, unus Christus est. Ac per hoc ubi summa potestas, secundum voluntatis nuntiū turbatur infirmitas. Hoc est quod ait: [ **T**urbavit semetipsum Christus, nisi ut significet tibi, quō turbari tu debeas, cum tanta mole peccati grauaris & premeris? Atten disti enim te, uidisti te, computasti tecum: illud feci, & pepercī mibi deus: illud cōmisi, & sustinuit me euangelium audiui, & contempsi: baptizatus sum, & iterū ad eadē reuolutus sum, quid facio? quō eos unde euado? Quādo ista dicas, iam fremit sp̄ritus, q̄a fides fremit. In uoce frementis, appetat sp̄es resurgentis. Ergo fides tua de Ch̄rō, Christus est in corde tuo, ergo fremat Ch̄rus in corde tuo. Fleuit ergo Ch̄rus amicū mortuū, quē uenit resuscitur. Quare em̄fle uit, n̄isī ga hoīem flere docuit, opp̄slum p̄dere p̄tōrū. Quare fremuit & turbauit semetipsum, nisi q̄a fides hoīs sibi merito displicētis, tremere hūc ad modū debet in accusatiōe malorum operum, ut violentia p̄nitendi cedat consuetudo peccāti. [ **E**t dixit: Vbi posuistis eum?] Scis quia mortuus sit, & ubi sit sepultus ignoras? Et ista significatio quae est? Nō ausus sum dicere, nescit. Quid enim ille nescit? sed quasi nescit. **V**a de hoc probamus: Dominum audi dicturum in iudicio: Non noui uos, discedite à me. Quid est, non noui uos? Non uos video in luce mea, non uos video in iustaitia, quam noui. Sic & hic, tanquā nesciens ralē

# POST LAETARE

§1§

peccatorem, dixit: [ubi posuisti eum?] **Talis** ē uox domini in paradiſo, posteaque peccauit Adam: Adam, ubi es? **Dicunt ei:** Domine, v*eni et vide.* Quod est, uide & miserere. Videret enim dominus, quando misereatur. Vnde illi dicitur: **Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimittre omnia peccata mea.** **Lachrymatus** ē Christus. **Dixerūt ergo Iudei:** Ecce quō amabat eum. Quid est, amabat eum? Non uenit uocare iustos, sed peccatores ad prenitentiam. **Quidam autem dicerunt ex ipsis:** Non poterat hic, qui aperit oculos ceci nati, facere huc non moreretur? Qui noluit facere ut nō moreretur, plus est quod facturus est, ut mortuus susciteretur. **Iesus ergo rutilum tremens in semet ipso, venit ad monumētum.** Tremit & in te, si disponis reuiscere. Omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine: [ Venit ad monumentū. **Erat** autem spelunca & lapis superpositus erat ei- Morsuſ ſub lapide, reuſ ſub lege. Sciris emis, quia lex quæ data eſt Iudeis, in lapide ſcripta eſt: omnis aut rei, ſub lege ſunt. Bene uiuentes emis, in lege non ſunt, iusto lex poſta non eſt. Quid eſt ergo lapide remoue-re. Gratia prædicare. Apostolus emis Paulus ministrū ſe dicit noui testamēti, non litera, ſed ſpiritu. Non litera (in quicue) occidit, ſpiritus aut uiuificat. Litera occidens, quaſi lapis eſt premens. **Remouete** (inquit) lapi-dem, remouete legis pondus, gratia prædicate. **Dicit** ei Martha, ſoror eius qui mortuus fue-rat: Domine, iā ſeret, quatriduanus enim eſt. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam ſi crédideris, uide-bis gloria dei? **Quid eſt, uidebis gloria dei?** Quia Romiſeſ & ſtentem, & quatriduanum uſcitat. Omnes emis

1:Corin. §

## FERIA VI.

peccauerunt, & egent gloria dei. Et, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis. dicit: Dater, gratias ago tibi, quoniam audi-  
disti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstans, dixi, ut credat quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit. Tremuit, lachrymauit, uoce magna clama-  
uit, ut animo perpendas, quam difficile surgis, quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamen surgis, occulta gratia intus uiuiscatus. Surgit post uocem magnam, qua clamauit: Laizare, veniforas. Et statim prodixit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Quō processit ligatis pedibus miraris, & nō miraris quia surrexit quatriduanus? In utroque potentia dñi erat, nō uires mortui. Processit, & adhuc ligatus est, adhuc inuolitus, tamen foras iam processit, quid significat? Quando contemnis, mortuus iaces. & si tanta quanta dixi cōtemnis, sepultus iaces: surgis, quando confiteris. Quid est enim procedere, nisi ab occultis uelut exuendo manifestari? Sed ut confitearis, deus facit clamando, id est, magna gratia vocando. Ideo processit mortuus, adhuc ligatus, adhuc reus, ut soluerentur peccata eius. Ministris ergo hoc dixit: Soluite eum, & sinite abiire. Potuit enim ligamēta soluere, q̄ mortuū resuscitauit. Sed propter unitatē sanctæ ecclesiæ, & indiuiduam charitatē dicunt ministris, i. discipulis Christi: [Solute eū:] Quia sine unitate catholicæ fidei, & charitate ecclesiasticæ sanctitatis, peccata non soluantur. Multū autem erant Iudeis, qui venerant ad Mariā, & viderat

quæ fecit Iesus, crediderunt in eū. Quidā autem ex ipsis abierunt ad phariseos, et dixerunt  
eis quæ fecit Iesus. Nō omnes ex iudeis, qui cō-  
venerat ad Mariam, sed quidam, siue ex eis qui nō cre-  
diderant, abierunt ad phariseos, & dixerūt quæ fecit  
Iesus, siue annuncianto, ut & ipsi crederent, siue po-  
nus prodēdo, ut sequirent . sed quomodo liber, & à qui  
bus liber, ad phariseos ista perlata sunt.

## SABBATO POST

Lætare Iohannis VIII.

In illo tēpore Dixit Iesus turbis: Ego  
sum lux mundi. Qui sequitur me, non am-  
bulat in tenebris.  
Et reliqua,



**V**bi manifeste docet,  
non solum qua au-  
toritate mulieri peccata di-  
miserit, (ut paulo superius  
refert) sed etiā quod ipse sit  
uera lux, quæ illuminat o-  
mīnem hominē uenientem  
in hunc mundū. Cuius per  
petuū splendorem huma-  
na fragilitas uidere nō po-  
tuit, nisi nube carnis te-  
geretur, per quā quasi per  
qdā lucidissimū speculū, diuini luminis claritas hū-  
anis mētib⁹ innosceret, q̄ fide purgāda ē, ut tāti lumi-  
nis aspectu digna efficiat. **Vñ** fecutus ait: [Qui sequit  
me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.